



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 55. Epistola Lutheri ad Leonem Papam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

tocius ad Lutherum duos ablegant, qui  
 rationum momentis, precibus ac monitis  
 deviam ejus mentem reducerent, atque  
 ad meliorem frugem revocarent. At  
 Lutherus benigna hac agendi ratione  
 nonnisi ferociter factus est, nihilominus ob  
 Capituli reverentiam audaciæ suæ ardo-  
 rem demittere simulabat, pollicitus, se  
 Superiorum suorum voluntati morem  
 gerendi studio conaturum, ut Pontificem  
 datis literis placaret; verum iis usus erat  
 verbis, quæ magis ad exulcerandum  
 quam ad sanandum vulnus apta erant.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1520.

Cochläus an.  
 1520.

Rayn. ib.  
 n. 51.

Ulemb. cap. 5

Sleid. in  
 comm. lib. 2.

37.

§. LV.

*Epistola Lutheri ad Leonem  
Papam.*

In hisce literis ita alloquitur Papam :  
 „ Etsi ad Concilium a Sanctitate ve-  
 „ stra provocaverim, interea tamen pre-  
 „ ces ad Deum pro vestra salute effudi-  
 „ magno mihi datur crimini, quod no-  
 „ men tuum, dignitatemque læsisse di-  
 „ car: ea criminatio admodum mihi a-  
 „ cerbe accidit: fateor quidem, quod in  
 „ reprehendis erroribus atque vitiis  
 „ acer fuerim, de Sanctitate tamen vestra  
 „ semper præclare scripsi, quod & libris  
 „ meis demonstrari potest: Aulam qui-  
 „ dem Romanam redargui, sed illa ma-  
 „ gis quam olim aut Babylon aut So-  
 „ „ doma

Inter epist.

Luth. ad

Leon. X. t. 2.

fol. 83.

6. April. 1520

Micrælius

synagm. hist.

p. 80.

Sleid. in com.

l. 2. p. 38.

39.

Sæcul. XVI.

A.C. 1520.

„ doma, corrupta atque scelerata est, &  
 „ ad illius impietatem nihil adjici potest,  
 „ vehementer itaque doleo, quod San-  
 „ ctitas vestra, velut Agnus inter Lupos,  
 „ ibi versetur; indigna est Roma, cui vel  
 „ Sanctitas tua, vel tibi consimiles boni  
 „ Viri præsideant: multa quidem scri-  
 „ pti, quæ ad doctrinæ pertinent emen-  
 „ dationem atque vitæ, non quod Ro-  
 „ mam sanari posse credam, verum ut  
 „ saltem aliquos ab illo vitiorum erga-  
 „ stulo liberem: hinc Bernardus deplora-  
 „ ravit Eugenii Pontificis conditionem,  
 „ cum adhuc Roma esset aliquanto pu-  
 „ rior, nunc vero, quando est omnium  
 „ malorum sentina, potiori jure Pontifi-  
 „ cem, qui ibi præsidet, deplorare pos-  
 „ sum. „ Postea de Cardinale Cajeta-  
 „ no mentionem ingerit, dicitque, „ in il-  
 „ lius potestate fuit causam componere,  
 „ si voluisset silentium adversariis meis  
 „ imponere, sub ea enim lege & ipse  
 „ sponderet, quod nil ultra movere ve-  
 „ lim. Denique cum Militio Nuntio  
 „ duplex habui colloquium, re tamen  
 „ semper infecta, eo quod hostes mei tam  
 „ aspere contra me tumultuati sint, „ his  
 „ subjungit „ Lipsiensis disputatio unice ad  
 „ augendos tumultus deservit. Deni-  
 „ que epistolam suam absolvit his verbis  
 „ Papam allocutus, omnis contentio mi-  
 „ hi vehementer displicet, neminem ego  
 „ laceffere

„laceffere volo, nec ab aliis laceffiri pa- Sæcul. XVI.  
 „tior, fi tamen convitiis & injuriis pe- A. C. 1520.  
 „tar, non defuturus fum cauffæ: ut  
 „autem palinodiam canam, nemo a me  
 „præftoletur, de cetero, in potefitate  
 „Sanctitatis veftræ jam eft, ut litem com-  
 „ponat uno verbo, fcilicet, fi ejus co-  
 „gnitionem in fe recipiat, & utrique  
 „parti filentium imponat. „

Data eft hæc epiftola die fexta Apri-  
 lis Anno Domini millefimo quingentefi-  
 mo vigefimo, ad quam tamen nullum de-  
 dit refponfum Pontifex.

## §. LVI.

*Liber de Christiana libertate a Luthero  
 Pontifici nuncupatus.*

Sub idem tempus Lutherus librum, *Cochl. ann.*  
 quem de libertate Christiana composuit, *1520.*  
 erroribus, ac calumniis plenum fummo *Ulemb. cap. 5*  
 Pontifici nuncupavit. In eo docet, quod *Sleid. l. 2.*  
 justificatio per folam fidem fiat, eaque *p. 39.*  
 omnia præftet, necnon per illam  
 nos liberemur ac falvemur absque bonis  
 operibus, cum ea inutilia reputaret:  
 addit nihilominus, fe illa non rejicere, i-  
 mo ad eorum exercitium adhortari, con-  
 demnat vero eos, qui per ea iuftitiam  
 confequi poffe fperant, certus fum enim,  
 inquit, illa non reddere hominem iuftum,  
 fed fupponere hominem jam iuftificatum

*Hift. Ecclef. Tom. XXXIII.* K k per